

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Ambrosii Calepini Dictionarivm Vndecim Lingvarvm

Calepino, Ambrogio

Basileae, 1616

H

[urn:nbn:de:bsz:31-107476](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-107476)



H

Habessus, autore Plin. lib. 5. cap. 27, Lycia urbs est, postea Antiphellus dicta.

Habronicas, Nomen viri proprium.

Hadrantianus, Siciliae populi. Plinius libro 3. cap. 8.

Hadriā, sive potius Adria: [*adriā* Suidæ & Stephano: Germ. Das Benedigt Meer] secundus Europe sinus inter Laciniam Italiae & Acroceranium Epiri promontorium, impens destra Macedoniae partem, Dalmatiam, Illyricum & Istriam sinistrae Apuliam, Frentanos, Picentes, & Venetos alluens. Lucan. lib. 5: sonat Ionio vagus Hadria ponto. Videtur, hoc nomen rectius sine aspiratione scribi. Accipit enim nomen ab Atria nobili Ciumpadanæ regionis oppido (ut docet Cato in Originibus, & Plin. lib. 3. cap. 16.) quod insignem circa Rati ostia habebat portum, à quo quidē oppido vicinum mare primum Adriaticum dictum fuit, & deinde literæ unius immutatione Adriaticum est. Fuit item Hadria, sive Adria, oppidum in finibus Piceni, Romanorum coloniam, V. I. M. passuum à mari distans: à qua vicinus ager, Ager Hadrianus, sive Adrianus dictus est.

Hadrianopolis, Bulgariae urbs est.

Hæbudes, pen. prod. [*hæbudes* Germ. Hæb Hæstet wæschm Eshontandt und der Hæst Hæte getogen.] Insulae sunt numero quinque inter Caledoniam, quæ hodie *Sotia* dicitur, & Thulem insulam. Solinus: A Caledoniam promontorio Thulen petentibus, bidui navigatio: inde excipiunt Hæbudes quinque numero. Et paulo post: Secundam à continenti stationē Orcades præbent, quæ ab Hæbudibus postò sunt septem diebus, nocturnq; totidem cursu.

Hæmōdes, teste Pomponio, lib. 1. Mons est Lycia.

Hæmon, *hæmon*, Thebanus juvenis, qui quum amore incredibilem Antigone Oedipi & Iocaste filiam deperiret, ad ejus tumulum mortem sibi conscivit. Fuerat autem Antigone iussa Creontis (qui veterat cadavera Græcorum inhumari) jugulata, quod Polynicen fratrem mortuum noctu sepelire voluisset. De hujus adolescentis morte, vide Statium in Thebaid. & Propertium lib. 2: Quid, non Antigone tumulo Bæotius Hæmon?

Hæmonia, Vide AEMONIA.

Hæmus, sive Aemus, *hæmus*, rex Thraciæ potentissimus, qui Rhodopea Strymonis fluvii filiam duxit uxorem. Hi in tantâ arrogantiam elati sunt, ut Hæmus se esse Iovem, Rhodope lunonem prædicarent, seq; ut deos adorari juberent. Quæ insolentia Iupiter indignatus, eos in mōtes commutavit. Ovid. 6. Metamorph.

Hæmus, *hæmus* Suidæ, sive, ut aliis videtur, Aemus, mons est Thraciæ vasto jugo procumbens in Pontum: cuius excelsitas sex millibus passuum subitur. Oppidum habuit in vertice Aristum. Plin. lib. 4. cap. 11: in Pontum quidem vergit mons Hæmus, cæteros, ejus spatii magnitudine ac sublimitate superans, mediamq; Thraciam dividens. Strabo li. 7. Exillimat Polybius ex ejus vertice utrunq; mare æterni, Aegæum & Adriaticum. Id quod Strabo, ob ingens intervallum, falsum probat. Sententiam tamen Polybii sequitur Mela. Nomen ei inditum ab Aemo Boteæ & Orithyæ filio. [Germ. Das Gebirg so Theßaliam von Thracia vndertheilt.] Autor Stephanus de Urbib. Scivius in illud Georg. Aemathiam & latus Hæmi pinguescere campos, tradit montem esse Theßaliæ. Sed hoc dixisse putatur, quia Theßaliam à Thracia Hæmus dividit. In eadē est sententia idem Servius in illud 2. Georg. - O qui me gelidus in vallibus Hæmi sistat. Liv. 4. Decad. lib. 10, montem describit. Vide HEMVS.

Hæres Mantiā, Nomen deæ, quæ una ex Martis comitibus esse putabatur, cui veteres post acceptam hæreditatem rem divinam faciebant autem Festus.

Hævila, loci nomen est, lib. Reg. 1. Vbi Saul Rex Amalechitas bello superavit. Est & Regio à qua Hævilæ, qui Ioseph. lib. 1. Antiquit. Getuli vocantur, nomen habent.

Hænes, etis, *hænes*, Malicis proprium, *hænes* *hænes* est, à castitate impositum.

Hælix, *hælix*, Bæotiae oppidulum, ut ex Pausaniæ sententia tradit Steph. Sunt & alia ejusdem nominis loca, quæ ab eodem commemorantur.

Halalcomene, & Halalcomenz, Vide ALALCOMENE.

Halarodii, Populi citra Pontum, Steph.

Halcyonē, es, pen. cor. *halcyonē*, Acoli ventotū Regis filia, uxor Ceycia, quæ præ dolore, quæ ex naufragio & morte mariti susceperat, mutata est in avem halcyonem. Vide ALCEDO.

Halæsi, *halæsi*, Siciliae oppidum inter Agathyrum & Cephaladium situm, triginta pass. M. ab utroque, teste Strab. libro 6. Hinc deducitur adjectivum Halæsinus, a, um, ut, Halæsinus civitas. Cic. 3. Verr. Siciliae civitates multæ sunt, ludices, ornate atq; honestæ, ex quibus in primis numeranda est civitas Ha-

læsinus. Nullam enim reperietis aut officii fideliorē, aut cupis locupletiorē, aut autoritate graviorē. Halæsinus, urbs hujus incolæ, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 8.

Halæsis, *halæsis*, Fluvius & mons non longè ab Actis. Colum. lib. 10. Et quæ Sicani flores legibus Halæsi, & lib. 5. in Ionia Asia regione ejusdem nominis fluvius, Coleophon præterfluit. Autor Plin. lib. 5. cap. 29.

Halæsius, *halæsius*, Agamemnonis fuit filius ex Briseide, ut quidā volunt vel ex Clytemnestra, ut alii. Dicunt enim hunc cum matre sensisse contra patrem: & postea patria passum in Italiam venisse, atq; apud Masticum Campaniæ montem consedisse, & tanquam Trojani nominis hostem Turno adversus Aeneam fuisse. Virgil. Hinc Agamemnonius Trojani nominis hostis Iungit Halæsius equos, &c. Ovid. quod 9. lib. 4. Ith. autor est ab hoc Halæso Faliscos nomen accepisse.

Halæsi, *halæsi*, Martuna urbs Laconie. Steph. Vide TIRYN.

Halæsi, *halæsi*, Nympha marina, Nerei & Doridis filia: *halæsi* hoc est, à mari dicta.

Haliacmon, sive Haliagmon, [*haliacmon* Germ. Ein fluss in Macedonien.] Fluvius est Macedonie. Plin. lib. 11. cap. 11. Item in Macedonia qui velint sibi candida nasci, ad Haliacmonem decere: qui nigra aut fusca, ad Axium.

Haliartus, *haliartus*, Nomen urbis Bæotie, quam Haliartus condidit Therpandri filius: de qua vide Strab. lib. 9.

Halica, Nomen mulieris.

Halicarnā, *halicarnā*, Oppidum mediterraneum Aetoliæ, apud Plin. lib. 4. cap. 32.

Halicarnāsis, pen. prod. [*halicarnāsis* Germ. Die Hauptstadt in Caria des muberen Asia am Meer getogen.] Vbi Caria, præcipuum regia, circa initium Tauri sita, ad mare, in minori Asia, Argivorum colonia: in qua Mausoleum quondam nobilissimum opus extabat, & Halicarnas fons. Hæc prius Zephyria dicebatur. Ex Halicarnasso fuit Herodorus historicus, nempe- rachus Poeta, & Dionysius scriptor antiquitatum Romanarum, qui ab ea Halicarnassicus dictus est.

Halicyæ, Vrbis Siciliae, Steph.

Halicyrta, Vicus Acarnaniæ.

Halimeda, Nympha. Vide in DAMASCO.

Halizon, *halizon*, Fluvius.

Halizonēs, pen. prod. *halizonēs*, Populi Asiae maritimæ, Myliæ, Caribus, & Lydis finitimi: ita dicti *halizonēs* *halizonēs* hoc est, ab eo quod mari præcingantur, ut indicat Plin. lib. 5. cap. 31. Stephanus Halizones dictos putat, quasi *halizonēs* quod ob divinitas superbi essent & præterceret.

Halmyris, *halmyris*, Lacus ambitus L. XII. M. pass. ex Danubio natus supra Istropolis: de quo Plin. lib. 4. cap. 12.

Halōnē, es, *halōnē*, Insula Propontidis ante Cyzicum oppidū habens ejusdem nominis. Autor Plin. lib. 5. cap. 11. mo.

Halōnēsis, *halōnēsis*, Insula Aegæi maris. Strabo lib. 14.

Halōnēsis, campus Triagalæ.

Halut, *halut*, velē, Civitas Achaie & Phthodis, *halut* Pæoniæ aliam facit Malliacam Achilli subditā aliam Pæoniæ. Stephanus, incolæ Halei, Halutii vel Halii dicuntur.

Halyattēs, *halattēs*, Lydiae rex, pater Cræsi. Autor Herodotus libro 1.

Halyatticus, a, um, Horat. lib. 3. Carm. Quam si Mygdonis regnum Halyattis Campi cœliacem Regnum, *halattis* tici hoc est, Cræsi, Halyattis filii.

Halyis, *halys*, German. Ein fluss so am Berg Teuto entspringt und durch Cappadociam fließt.] Fluvius ex Tauri montis radicibus profuens per Cappadociam, & à Meiside Syrtos ac Paphlagonia interfusa: contra Aquilonem in Euxinum mare evolvitur. Meminit ejus Cicero 2. de Divinat. Cræso fatalis Halys, Lucan libro tertio. Crebro vortice tortus Halys, Ovid. quæto de Ponto.

Hamīdryādēs, pen. cor. [*hamīdryādēs* Germ. Die Stadt von Meiden die Aitun gebotten haben das sie mit den Cæthlonen die wöhnen / vnd so tangt ihnen off die Gebirg h. h. h.] Nympha sylvarum, quæ veritas credidit simul cum arboribus nasci & interire. Vide DEYADES. Virg. 10. Aegl. lam neq; Hamīdryades, rursus, nec carmina nobis ipsa placeat.

Hamāxiā, regio Bithyniæ, Steph.

Hamaxampeus, Pans est fluminis Hypanis, qui cum fonte Xampeo amato commixtus est Torcelhus.

Hamaxantia, pars Hippontiæ, Steph.

Hamaxia, civitas Atticæ Ciliæ, Steph. ex Strab.

Hamaxobis, Ptolemeo, Hamaxobis Pomponii. [*hamaxobis* *hamaxobis* German. Witter Sarmatia in Europa: vnde sie fließt der beiferen wägen händeln / als sint sod die Sarmatia / Meisonten wieserent.] Populi sunt Sarmatiæ *hamaxobis*: ita dicit quod plautus utantur vice domotum. Valerianus Pomponius interpret eos esse putat, quos non procul à Polonia sitis, vulgaris corrupta voce vocat *Mosivitas*. [Pol. Celsi.] Hinc propretium apud Tertull. l. 1. contra Marcion. Hamaxobis inhabi-

bilior, de Marcione homine inconstantissimo. Hamburgum. [Germ. Hamburg in Slesiam.] Vrbis in finibus Saxonie.

Hammmodara, Oppidum inter Aegyptum & Aethiopiā, iuxta se habens bituminis fontem. Autor Plin. lib. 6. cap. 29. Hanapis, fluvius est Scythie, Herod. teste.

Hannibal, Vide ANNIBAL.

Hanno, Punicum nomen est, quo pleriq; non ignobiles Carthaginensium duces sunt appellati: tres tamen inter ceteros maxime illustres extiterē. Primus fuit Philippi Macedonis reprobis, qui quum tyrannidis cupiditate accensus, omnes civitatis principes in filia sue nuptiis veneno necare constitueret, prodico à ministris cōsilio, frustra cōditatis servitiis, Maurorumq; rege in patriā exitum sollicitato, vivus in Carthaginensium manus pervenit: à quibus & ipse virgine castus, & manibus, cruribusq; fractis in ciuitē actus est. & in cognatos omnes savillimē animadversum. Fuit alter Hanno temporibus Agathoclis Siculorum tyranni, à quo cū xxx. Pœnorum milibus conferta pugna est interfectus. Tertius fuit tempore secundi belli Punici, Barchinā factionis princeps, contrarias Hannibali in Republica partes fovēs. De hoc multa apud Livium. Aliorum meminit Iulian. lib. 21. & 22.

Harmā, vrbis Bœotie Tanagricæ est etiam tribus Atticę pars, Stephan.

Harmathis, tis, Ægyptus, Iberie oppidum ad Neorim amnem, ex adverso portarum Caucaſi. Autor Plin. lib. 6. cap. 10. & 11.

Harmatā, Ægyptus, vrbis Indica, Steph.

Harmathes, Ægyptus, civitas quædam, Steph.

Harmathus, untis, Civitas seu promontorium è regione urbis Methymnæ, à qua Harmatopolis dicitur.

Harmatopolis, Ægyptus, Populi sunt Asiae in sinu Egei in insula dicitur ab Harmathunte vicino promontorio. Meminit eorum Plinius lib. 5. cap. 30. Apud Strabonem tamen hoc promontorium vocatur Harmathus per e litteram in proxima syllaba.

Harmodius, & Aristogiton, cives Athenienses fuerunt, quibus quod Rempubl. tyrannide liberaſſent, hoc honoris à civibus suis tributum est, ut nemo unquam ipsorum nomine vocaretur. Hinc natum Adagium: Harmodii cantilena, Ægyptus, De lugubribus ac tristibus dicebat. Aristoph. Αἰσχρολογία. Oidi nam ipsi vrbis à Harmodii nomine dicitur. Nec unquam apud me carmen Harmodium canit. Genus erat cantilenæ quod in compositis cani consueverat in Harmodium & Aristogitonem, quod hi Pisistratidarum tyrannidem sustulerunt. Eius carminis hoc erat initium: Harmodii vrbis vrbis vrbis: hoc est, charissime Harmodi haudquaquam mortuus es. Refertur à Suida & Diogeniano.

Harmodotus, poëtæ nomen est apud Plutarchum.

Harmodius, Ægyptus, Civis Trojanus, architecturæ peritissimus, quem Homerus fabulari à Minerva fuisse à damatum. Hinc inter ceteras naves illas scitur edificasse, quibus Alexander Helenam raptam Troiam transvexit.

Harpagia, pluralis tantum numeri, Ægyptus, Locust in Phrygia in confinio agrī Cyziceni: unde Ganymedem raptum fuisse ab aquila fabulata est antiquitas: Autor Strabo libro 13.

Harpallice, pen. cor. Ægyptus, Nomen mulieris, Harpali Thracum Regi filie, quæ patrem à Getis captum liberavit. Autor Servius in illud 1. Aen. -vel qualis equos Threissā fatigat Harpallice, volucrumq; fuga prævertitur Hebrum.

Harpallus, penult. cor. Nomen est prædonis apud Ciceronē lib. 1. de Natur. deor.

Harpallia, Ægyptus, civitas Phrygiæ à Gordiotechitis condita, Stephanus.

Harpallia, orum, pen. cor. Ægyptus, Oppidum Asiae, oppositum fluvio Harpaso. Plin. lib. 2. cap. 96. Iuxta Harpasa oppidum Asiae cautes stat horrendæ, uno digito mobilis, eadem, si toto corpore impellatur, resistens.

Harpocrates, penult. cor. Ægyptus, German. Der Gott der verschwiegenheit oder stillschweigen. Simulacrum in sacris India & Serapidis erat, quod digito labis impresso, admonere videbatur ut silentium fieret. Hic dicebatur silentis Deus. Re vera autem Græcus philosophus fuit Harpocrates, cuius eruditio ac præcepta in id maxime tendebant, ut silentium præciperet, & omnibus rebus anteponeret. Catullus in Gellium, epigram. quinquagesimo nono: Gellius audierat patrum oburgare solere, Siquis delicias diceret, aut faceret: Hoc ne ipsi accideret, patrum perdespuit ipsam Vixorem, & patrum reddidit Harpocratem. Vbi reddere Harpocratem (ut monet Erasmus in Adagiis) proverbialiter dictum est, pro silentium imponere.

Harpocras, Ægyptus, Ger. Wundergestaltten so hat Jungfrauen und hat Haubdget sind. Monstra describit Virgil. lib. 3. Aen. Tristius haud illis monstrum, nec savior ulla Pestis & ira

Deum, Stygiis sese extulit undis: Virginei volucrum vultus, foedissima ventis Ingluvies, unceq; manus, & pallida semper Ora fame. Dicitur ab Ægyptus. A Suida vocatur Ægyptus, hoc est, rapaces demones. Dicuntur fuisse Ponti & tene filia, ut ait Servius: unde in insulis habitant, partem terrarum, partem maris tenentes: dicitur dicitur Ægyptus dicitur est, à rapiendo. Volatiles, vultu virgineo, manibus uncis. Alii Neptuni filias faciunt, qui ferè prodigiorum omnium pater est, nec immerito: nam secundum Milesium Thaletem, omnia ex humore procreantur: unde est, Oceanumq; patrem rerum. Sic & peregrinos, Neptuni filios dicimus, quorum ignoramus parentes. Alii autem dicunt Harpyias, filias Thaumantis & Eleæ fuisse. Has Virgilius tres esse dicit, Aello, Ocypeten, Celeno: quarum postremam Homerus Podargen vocat, & ex ea Zephyrum ventum, Achillis equos, Ballium videlicet & Xanthum genuisse dicit. Hesiodus tantum duas nominat, Aello videlicet & Ocypetem. De Harpyis supra nonnulla dicta sunt in dictione CALAIS: nonnulla etiam infra in dictionibus PHINEYS & ZETHEUS. Virg. lib. 3. Aen. Strophades, Graio sunt nomine dicitur Insulae Ionio in magno, quas dira Celeno, Harpyiaq; colunt alii, &c.

Hasbyræ, Ægyptus, Africae interioris populi post Nafamones, Maes finitimi. Autor Plin. lib. 5. cap. 5.

Hasdrubal, Vide ASDRUBAL.

Hastā, Oppidum in extremis Italiae finibus, circa Iapygium promontorium, cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 1.

Habe, [Ægyptus, German. Ein Tochter Junonis und ein Obeta der Juno.] Filia fuit Junonis absq; patre, ut Latinorum poëtae asserunt. Apollo enim quum Junoni novercæ convivium in patris sui domo parasset, inter alia lactucas agreſtes ei apposuit: quas quum Juno avidè comediſſet, illico usque tunc sterilis, prægnans effecta est: peperitque Heben, quam postea Jupiter ob formę elegantiam ad pocula ministranda assumpsit, deamq; juvenutis effectit. Tandem quum ipse unā cum ceteris diis apud Aethiopes comellaturus ivisset: factū est, ut administrans ei Hebe pocula, perque lubricum minis caudè incedens, caderet, revolutisque vestibus obſcena Superis monstraret: quam ob rem ab officio est amata, ejusque loco Ganymedes subrogatus. Postremò Herculi in deos relato, uxor data. Autor Servius. Homerus autem ex Iove eam conceptā esse tradit, neque omnino ab officio remotam, sed ceterorū deorum pincernam fuisse. Ganymede verò solius Iovis. Ovid. lib. 9. Metam. Hoc illi dederat Iunonia munus Hebe, &c. Hęc de juvenutis putabatur, &c. enim florem ætatis & primam pudem significat.

Hebraei, [Ægyptus, German. Die Israeliten.] Dicitur sunt Iudæi, ab Heber, qui fuit abnepos Sem filii Noë: prius Heberæi cognominati: ac deinde una detracta littera Hebraei sicut docet August. lib. 10. de Civit. Dei: Et quia in ejus familia remansit lingua, quæ prius humano generi credunt fuisse communis, quum gentes linguarum diversitate sunt divise: deinceps Hebræa est nuncupata. Ab Hebræus fit Hebraicus, a, um, ut, Lingua Hebraica.

Hebrus, [Ægyptus, German. Ein Fluss in Thracia so am Berg Rhodope entspringt / heißt sich Mariza.] Fluvius in Thracia: nascitur juxta Hadriano polin, in monte Rhodope, labiturque in Aegeum mare, è regione Samothraciæ insulae. Celebratur propter aurum quod ex arenâ ejus colligitur. Poëta fabulantur in hunc Orphei caput, quum Cicones cum consecissent, projectum esse: unde & Oeagrius dicitur ab Oeagro Orphei patre. Virg. lib. 4. Georg.

Tum quoque marmorea caput à cervice revulsam Gurgite quum medio portans Oeagrius Hebrus, Volvitet, &c. Ovid. lib. 11. Metam. Membra jaceat diversa locis, caput Hebræ, Iyramq; Escipis, & mirum, &c. Martianus lib. 8. Hebræ (inquit) Odissæ nives complent, qui inter diversos Barbaros fluens, etiam Ciconas perlit. Hebrus hodie Mariza dicitur.

Hecale, Ægyptus, Nomen anus pauperculæ, quæ Theſeum adhuc adolescentem hospitio suscepit. Hujus pauperatē Callimachus iusto volumine celebravit. Hinc natum proverbium: Nunquam Hecale fiet: hoc est, nunquam te inopia opprimit. Ovid. de Amor.

Cur nemo est Hecaleo, nulla est quæ noverit frum? Nempè quod alter egeus, altera pauper erat. Plautus in Cistell. Siquidem eris ut volo, nunquam Hecale fiet.

Hecimæda, Ægyptus, Arlinoi filia, quæ direpta Tenedo, Nestori in prædium cecidit, teste Homero, lib. 11. Iliados.

Hecite, pen. cor. [Ægyptus, German. Die Göttin Diana in Samseser Apollinis.] Iovis & Latonæ filia, & soror Apollinis, quæ à Diana dicitur. Huic triplex numen attribuitur: unde à Virgilio Tergetina vocatur. Nam in caelo creditur esse Luna: in terris Diana: & apud inferos Proserpina. Dicitur Hecate, teste Servio, quod

K 3 vno, quod d

vio, quod centum victimis placetur, aut quod centum annos errare jubeat insepultos. Verisimilius videtur Hecates nomen factum esse à masculino *ἥκατος*, quo nomine Græci vocant Apollinem: sicut à Cynthio Cynthis, à Delio Delia, à Phœbo Phœbe. Dicitur autem Sol esse Hecatos, ab *ἥκατος* longè, quod emittens radios suos ad nos mittat, & quodammodo jaculetur. Hæc & *ἥκατος*: quia (ut inquit Ophœus in Argon.) tria habuit capita, dextrum equinum, sinistrum caninum, medium suis agrestis. Ovid. 9. Metam. Tuq; triiceps Hecate. & Alia fuit Hecate, herbarū, veneficiorumq; peritissima, quæ in Thaurica Cherroneſo regnavit, teste Dionysio Mileſio. In primo Argonauticōn, & Diōd. Sicul. lib. 3. cap. 4. Item Apollon. Rhod. lib. 3. Argonauticōn, ubi illam dicit docuisse Medeam *ἥκατος* *ἥκατος*. Filia fuit Persæ, filii Solis, & fratris Acetæ: à quo & Perſeis, sive Perſeia cognominatur. Ovid. 7. Metam. Ibat ad antiquas Hecates Perſeidos aras. Valerius Flaccus li. 6. Hanc relidens alius Hecate Perſeia lucis flebat. & Veteres conam perſeicam & impendit frugalem Hecate conam appellabant, quod apud inferos tenuissimo victu, minimoq; cibo, eoq; vilissimo vivitur, juxta Poëtarum theologiam.

Hecateus, *ἥκατος*. Histoneus Mileſius, Protagoræ auditor, qui primus soluta oratione historiam condidit. Floruit temporibus Dami, qui Cambysi successit, Auctor Suidas. & Fuit præterea eodem nomine grammaticus quidam Abderita, cujus meminit Suidas.

Hecatompolis, *ἥκατος πόλις*. Germ. Ein Junost der Insel Candia / von den Hundert Städten her / so in dem siben gesehen ston. Creta insula epitheton est, à numero civitatum impostum, quæ centum in hac insula fuisse perhibentur, vel Virgilio teste, lib. 3. Aen. Creta Iovis magni medio jacet insula ponto, Mons Idæus, ubi & gentis cunabula nostræ Centum urbes habitant magnas, uberrima regna.

Hecatompylis, *ἥκατος πύλος*. Thebes Aegyptiacæ epitheton est, à portarum numero, quæ centum in hac urbe fuisse dicuntur. Juvenalis: Atque vetus Thebe centum jacet obrita portis. & Est item ejusdem nominis urbs in Parthia, teste Stephano.

Hecatônchirós, pen. prod. *ἥκατος χείρας*. Briarei, sive Aegæonis epitheton, quod nobis Centimanum sonat. Fingunt enim Poëta, Briareum centum manus, & quinquaginta ventres habuisse: ut tradit Plutarchus eo in opusculo, quod *ἥκατος χείρας* inscripſit.

Hecatônnes, *ἥκατος νῆστος*. Insulæ exiguæ viginti circa Lesbiam ab Hecato: id est, Apolline dictæ, qui in illis plurimum colebatur.

Hecôr, *ἥκατος*. German. Ein Sohn Priami des Trojanischen Königs. Priami Regis filius, Trojanorum omnium fortissimus, ab Achille interfectus: dictus (ut scribit Plato, ab *ἥκατος*, defendo, quod urbem contra hostium impetum tenuerit, patriamque servavit: eo nanque sospite Troja nunquam potuit expugnari. uxorem habuit Andromachen, ex qua Astyanaxem suscepit, quem Ulysses capta Troja è fastigio turris precipitavit. Solus Græcos, quemadmodum Achilles solus Trojanos, sagabat: ex quibus Proteſilaum & Patroclum, aliosq; per multos interfecit. Tandem ab Achille interceptus est, à quo etiam bigis alligatus, circum Patrocli sepulchrum, Trojaque muros trahens est. Virgil. lib. 1. Aeneid. Ter circum Iliacos raptaverat Hecôrta muros. Tandem ejus corpus, per duodecim dies insepultum ab Achille servatum, Priamus auro redemit. idque veteri more honorificentissimè cremavit. Vide Homer. lib. 23. Iliad.

Hecôræus, a, um, penult. corr. adjectivum est possessivum: ut Gens Hecôræa, quæ ab Hecôre originem duxit: & Nomen Hecôreum. Ovid. in Heroid. Epist. Nomen in Hecôreo pallida semper eram.

Hecubâ, *ἥκατος*. German. Die Hantfrau Priami des Königs zu Troja. Priami Trojanorum regis uxor, filia Dymantis, teste Homero: aut (ut Virgilius Eur. pidem secutus sentit) Cissei filia, capta Troja (ut Poëta fabulantur) in canem versâ. Quam fabulam inde ortam putat Servius, quod quum à Græcis captiva abduceretur, & filii sui Polydoni corpus in mare abjectum agnovisset: quoniam aliter injuriam ulcisci non posset, Græcos inanius lacessere convitiis.

Hedun, *ἥκατος*. Germ. Die Hantfrau Priami des Königs zu Troja. Gallie populi, Sequanis finitimi, olim Romanorum fratres, dicti: quorum hodie loca Burgundiones tenent. Caput eorum est Augustodunum, Vulgò *Ausibus*, de quo Tacitus lib. 1.

Hedypnus, *ἥκατος*. Sufianæ fluvius, qui Persarū Asylum præterfluit, in Eulkeum illabitur. Auctor Plin. lib. 6. cap. 27.

Hegaleos, (Quod ut depravatè scriptum, ita perperam huc relatum erat) vide **ÆGALÆOS**.

Hegémôn, *ἥκατος*. Poëta fuit ex Charace Phrygicæ oppido, qui bellum Leuciticum: hoc est, pugnam illam, qua ad Leucitram

Lacedæmoniorum opes à Thebanis fracta fuerant, carmine heroico descripsit.

Hegêsas, *ἥκατος*. Cyrenaicus philosophus fuit, qui tanta facit eloquentia (sicut Valerius Maximus lib. 8. cap. 9. scribit) ut sua mala vitæ repræsentaret, ut eorum miser à sua gine ad dæmonium peccatoribus inserta: multis voluntaria mortis oppetendæ cupiditatem ingeneraret: ideoq; à Rege Ptolemæo ultra hæc de re disserere prohiberetur. Hujus meminit Cic. in Orat. & lib. 1. Tusc. quæst. & Alter fuit Magnæus orator ejusdem nominis, cujus meminit Strabo.

Hegêsippus, *ἥκατος*. Nomen historici, qui historiam Ecdæsiasticam quinque voluminibus complexus est, à Christo passio ad sua tempora. & Hegelippus alter fuit Postri Comicus, cognomento Crobylus, inter cujus fabulas commemoratur Philææros, ut ex Athenæi sententia tradit Suidas.

Hegêsipyle, pen. corr. *ἥκατος*. Holoti Thracum regis filia, quam Miltiades Atheniensium dux accepit uxorem.

Hegêsistratus, pen. corr. *ἥκατος*. Civis Ephelii, conditor Elææ urbis non procul à Delphis. Nam quum ob nocent tribuli suo illatam exulans pervenisset Delphos, oraculo monitus est, ut ibi sedem figeret, ubi rusticus cum coronæ oleæ ginis videret saltantes.

Hegirinaeia, Ptolem. li. 2. ca. 12. Germanicæ urbs, vulgò *Hegir*.

Heidberg, Urbis Germanicæ ad Neccaram celebris, à Ducum Palatinorum regis.

Heli, *ἥκατος*, reginula Alia, Attali regis emporium. Stephanus.

Helici, pen. prod. Populi in Peloponneso clarissimi, propter delubrum Iovis Olympii, ludosq; Olympicos, quorum præfecturam Helici habuerunt. Vide Helici equi, & Carret Helici, sæpè leguntur. Lucanus lib. 11. quantum clamore juravit Helicus sonipes. Rectius scripsit Helici, sine aspiratione. Nam apud Græcos dicitur *ἥκατος* tenui spiritu scribuntur.

Heliênâ, sive Helene, nes. pen. corr. *ἥκατος*. Ger. Ein Tochter Iovis von der Leda, vnd die Heusfrau Menelaos des Königs der Ionen demonstra / welche Paris des Trojanischen Königs Sohn von wegen ihrer außordnlichen Schönheit entführt hat. Filia fuit Iovis et Leda, Castoris & Pollucis soror: vel ut alii, Tyndari regis Laconiae, & Leda. Hæc ob formæ elegantiam, quæ ceteris præstaret à multis amata est, & primò à Theseo adhuc virgocula nupta, sed postea absente Theseo à Castore & Polluce repetitur: cuius injuriam testificata: mox à adulta Menelao Lacedæmonio regi nupsit. Paris autem Priami filius nemini quocumq; forma cedens, illius pulchritudine illectus, Spartam navigavit, ibique Helenam absente Menelao, à quo prius benigne fuerat accepta, rapuit. Alii tamè dicunt, quò postulata Helionæ negavit. Paris dem illam regione bello vastasse, & expugnata Sparta, Helenam captivam abduxisse. Hac injuria universi Græcorum principes commoti, primùm omnes in Aulide conerunt de repetenda Helena, & evectendo lio. Quo in bello occiso Paride, Deiphobò ejusdem fratris nupsit. Quinq; Græci armis dissidentes, ad proditione converſi, discidium ex composito simulaverunt, illa ex arce acerba face, ad occupandam urbem Græcos revoçavit. Capta aut urbe, Menelao in cubiculum, ubi Deiphobus dormiebat, vocavit: quo interfecto, ob viro in gratiam rediſſe, Virgilius auctor est. Hoc igitur modo Menelao restituta, cum eodem navem ascendens, tempeſtibus in Aegyptum delata est: unde rursus navigans, cum maris incolumis Lacedæmonia pervenit. Virgil. 7. Aen. Læcæque Helenâ Trojanus vexit ad urbes. Scribit Demetrius Molæus tanta Helenâ venustate fuisse: ut mirificè admiratio, à sic stupori fuerit ipsi diis: quippe cujus curam, Venere tradiderat, Gratie suscepit. Illas verò his verbis est affata: *Αὐτὸν πρὸς τὴν ἡμετέραν ἀγάπην ἀπέστειλε, Οὗτος ἔργον ἀπὸ τῆς ἡμετέρας ἀγάπης ἔστειλε.*

Heliênâ, *ἥκατος*. Ger. Ein Inſel nahe bey Somo dem Athenischen Berggebirge ligen / heißt jetzt *Maronis*. Alio nomine Cranac, insula est una ex Sporadibus: quæ adiacet Sudio promontorio terræ Atticæ. Inde dicta quod Paris raptæ Helenæ promissum ea stuprum intulerit.

Heliênus, pen. corr. *ἥκατος*. Vir Trojanus, filius Priami et Hecubæ, vaticinio clarus: quem quidam ob id à Græcis servatum dicunt, quod loca opportuna ad capiendam patriam ipse indicasset. Quinetiam everso lio Pyrrum à navigatione prohibuit, ceteris abeuntibus naufragium prædixit. Quamobrem nò solum à Pyrrho servatus, verum etiam liberaliter ab eo habitus est, quumq; ille Orestis Hermionè eripuisse, Andromachen, quam antea juxta uxoris loco habuerat, Heleno concessit: adjecta etiam regni parte, quam Helenus de fratre sui nomine Chæoniam appellavit: qua et urbem ad similitudinem Trojæ condidit, in qua & profugum Aeneam hospitiu suscepit. Virg. lib. 3. Aen. quum sese à mœnibus heros Priamides multis Helenus comitantibus offert.

Helisâs, *ἥκατος*. Germ. Die Hantfrau Priami des Königs zu Troja. Solis & Clymenes, sorores Phæaçontis, quarum nomines sunt, Phæacia.

Phaetusa, Lampetusa, & Lampetia. He juxta Padum mortem Phaetontis fulmine dejecti flentes, in arboreas, quas alnos vocant, verba sunt, electrum lacrymantem. Vocantur autem Helades à patre Sole, qui Græcis ἠελίοειδαι dicitur. Ovid. libro 2. Metamorph. Nec minus Helades lugent. Et eadem & Phacothoniades appellantur à fratre Phaetonte Virg. Aeg. 6. Cum Phaethontia des musco circumdat amarae Corticis, atq; solo proceras erigit alnos.

Helice Vide in APPELL. Helicon, pen. cor. [ἠλικὸν, Germ. Ein Berg in Thracia dem Apollonius vñ Musis jugendant.] Mons Boeotiae juxta Thebas, atq; (ut Strabo lib. 9. scribit) Phocidi vicinus, nō procul à Parnasso, estque opulus & altitudine & circuitu: qui & ipse Apollini sacer est & Iasus. Vide Heliconides, ἠελικωνίδαι: de prepenthesis Heliconides Musæ sunt appellatæ. Dicitur Helicon ab Helicone, qui cum Citharone fratre singulari certamine pugasse fertur.

Heliodorus, pen. prod. ἠελιοδότης, Nomen proprium Rhetoris Græci, quod meminit Horat. lib. 1. Sermon. Sat. 5. Fuit & alter Heliodorus Rhetor Adriani Cæsaris temporibus, imperatori charissimus, & ab eodem Magister epistoliarum effectus: in quo extulit Dionysii Sophistæ scomma: Pecuniam & honores d. Cæsar potest. Rhetorem efficere non potest.

Heliothalus, ἠελιοθαλός, Antonini Cæsaralis filius, fuit in seipso Scenide Phoenissa, filia Mæse, quæ soror erat Iulie uxoris Scæri. Mæse enim filia duæ erant, Scenias, & Mæxæ: quarum utraque Antoninus creditur poluisse, atque ex illa quidē Bavianum, qui postea dicitur est Heliothalus: ex hac vero Alcanum suscepisse, qui deinde dicitur est Alexander. Mortua inde Iulia, Antonino quoque ipso Macrini dolo interfecit, penitum est Mæse, ut se cum filiabus & nepotibus, rebusque omnibus suis, in patriam reciperet. Pollens itaque opulus mer, quum Antiochia sibi domicilium delegisset, facili perire, ut Bassianus nepos Heliothalus dei (eo nomine Sæpe Sole appellabatur) sacris presideret, ex cuius sacerdotio nunc ipse Heliothalus nomen invenit. Abi deinde aviz id inritum proventus, vitam egit omni mollitie, luxuria, & effeminatissimam. Postremo quum Alexandri contubernium, Cæsarem confortemq; imperii declarasset, & mox factitantes eidem insidiaretur, à militibus præventus, unâ cum matre est interfecit. Corpus utriusque per Urbis Viacos uncastrum, ludibrioq; habuim, tandem in Tyberim est abjecta. Ex Herodiano, lib. 5.

Heliope, [ἠλιόπη, German. Sonnenflut] est in mæthige greffe Sæn Egyptus, sicut in Alcaero. Civitas Aegypti, inter Alexariam, & Coptum, Solis numini sacra: unde & nomen accepit. Distat à Thebis navigatione dierum novem, ut lib. 2. testatur Herodotus. Hujus incolæ dicuntur Heliope: quodem Herodotus Aegyptiorum omnium solertissimos esse adit. Altera est in Cilicia, Chryssippi Stoici patria, ut autor est Plinius.

Hells, ve ELIS. Helisu, quod hic pro Atticæ fluvio malè legebatur) Vide HILLS.

Helius, Neronis adulatione potentissimus fuit, qui Sulpicium Camerinum virum primarium, ejusdemq; filium emediam stultit, crimini dans, quod quom cognomine hereditario thici dicerentur, in Pythicas Neronis victorias em vestigiis impii viderentur. Ex Dione Cassio.

Helis, ἠελία, Insula Hyperboreorum, non minor Sicilia sub sivo Cerambica, insulani Cerambicæ ἠελιασίου, dicuntur, spha.

Heliu, ἠελίος, Cei insule fluvius, juxta Cotellam: cujus nomen Strabo lib. 10.

Hells, adis. [ἠελία, German. Githemont] est in Thracia. Latissima Europæ regio, olim disciplinarum omnium nutrix, quæ alio nomine Græcia dicitur. Insuper fuit ad Meridiem ab Isthmi Corinthiaci angustis, ad Septentrionem Thessaliam usq; protensa. Ad Occasum Acheloo fluvio in Epiro ditimitur: ad Ortum Aegæo mari abluitur. Ptolemæus Achaiam appellat. Dicitur Hellas ab Hellene Deucalionis filio, ut scribit Thucyd. lib. 1.

Helle, ἠελία, Filia Athamantis regis Thebarum, quæ unâ cum Phryxo fratre, novercales insidias metuens, quum accepto à patre ariete Pontum vellet transire, magnitudine periculi contrita, in mare decidit, marique nomen fecit: quod etiam hodie ab ejus nomine Hellespontum vocant erudit.

Hellen, [ἠελίος, German. Deucalionis filius:] à quo Græcos Hellenes nonnulli credunt fuisse nominatos. Autor Thucydides belli Peloponnesiaci lib. 1.

Hellenicum & Caricum, ἠελικὸν ἔργον, loci in Memphide à quibus Hellememphitæ & Caricomemphitæ, Stephanus.

Hellenopollis, ἠελιωνόπολις, Urbs Bithyniæ post inlaurationem Bithalbes, Steph.

Hellepöntus, [ἠελιωνόπολις, German. Der enge Meer schtand zwischen dem Ägæischen Meer und Propontide geitig] wird juxta Hellespontum genant. Fretum angustum, inter Aegæum mare & Propontidem, septem tandem stadiorum spatio Asiam ab Europa dividens. Nomen habet ab Helle Athamantis filia ibi submeria. Vide HELLE.

Hellepöntus, ἠελιωνόπολις, & Hellespontiacus, a, um, denominativa. Virg. 1. Georg. Hellespontiaci servet tutela Priapi.

Helorus, pen. prod. ἠελίος, Sicilia fluvius. Virgil. 3. Aen. prepingue solum stagnantis Helori. Fuit etiam eo nomine Isthmi fluminis filius, qui ab Ajace occisus est in ea pugna, quam Græci cum Telepho Rege Mysorum habuerunt.

Helos, ἠέλος, Urbs Laconiae, quæ Pteleon & Dorion dicitur, quod in palude sita sit, cujus cives ἠελιοί, Helotæ, ἠέλοι, & Elearæ, & regio ἠελωτία. Est etiam Helos Aegypti, Steph.

Helos, locus Atticæ, vide in ECHELIDE.

Helvetii, [ἠελιωί, German. Gall. Suisse. Ital. Svizzera. Ger. Die Eidgenossen] oder Schwitzer Pol. Schweizer. Vn Helvetia, fuerunt Gallorum populi, inter Rhenum, & Rhodanum fluvios, Iuram montem, & Alpes sitim quatuor olim pagos divisi, quorum eo tempore quo adversus Cæsarem bellum gerebant, caput erat Aventinum: ut autor est Tacitus. Ptolemæus lib. 2. cap. 9. inter Helvetiorum civitates annumerat & Gannodurum, & Forum Tyberii. Hodie in tredecim distincti sunt sive civitates, sive pagos, quorum nomina sunt: Tigurum, Berna, Lucerna, Vria, Suisia, Sylvania, Tugium, Clarona, Basilea, Fridurgum, Salodurum, Abbatiscella, & Scaphusia. Statum habent popularem, æqua viventes libertate, concordia inret se federe adversus vim omnem externam muniti: unde & Confederati à quibusdam appellantur: à nonnullis etiam Suiceti, nimirum à Suicia pago, qui primus omnium Austriæ Ducum jugum excussit.

Helvii, Populi inter Celtas monte Gebenna ab Avernis divisi. Vide Indicem Mariani in Cæsarem.

Helvri, ἠελιωί, à paludibus dicitur, ut meminit Dioxiplus libro 12. Chronicorum, Varius.

Helymus, & Panopes, Aestæ & Regis Siciliae comites, venatores fuerunt. Virg. lib. 5. Aen. Tum duo Trinacrii juvenes, Helymus, Panopesq; Assueti sylvis comites senioris Aestæ.

Hemeroscopium, ἠμεροσκοπίον, Urbs Celtiberorum, Phocesium colonia. Stephanus.

Hemicynes, [ἠμικύνες, German. Wälder in Asia weiche Hundstyp] habem. quasi semicanes, populi non procul à Massagetis & Hyperboretis: quos Apollonius in Argonauticis canum instar latrare scribit, Stephanus.


Hemodes, Insulae in Oceano Germanico Hamodes per æ, mons est Lycia.

Hemus, seu potius Hæmus, [ἠμύς, German. Ein voff hoher Berg in Thracia.] Mons in Thracia excellente conspicuus, ex cuius vertice vulgata olim opinio fuit Ponticū simul & Adriaticum mare, & Ilium amnem, & Alpes conspici posse: nam excellere sua sex millia pass. continet. Dicitur Hemus, à nomine regis Hæmi: à cuius sorore alter quoque mons Thraciæ, Rhodope nominatur: in quos transfiguratos esse Rhodopen & Hæmum fabula canunt. Ovid. lib. 6. Metam. Thraciam Rhodopea habet angulas unius, & Hæmum, Nunc gelidos montes, mortalia corpora quondam. Alii dicunt voluit Hæmum ab Hæmo Boreæ & Orithyæ filio. Vide HAEMVS. Est & Hæmus nomen Græculi hystionis, cujus meminit Iuven. Sat. 6. dicat hæc mollis Hæmo, Quamquam & Cærophoto, facies tua computat annos.

Henetri, ἠενετρί, Paphlagoniæ populi fuerunt, qui Antenore duce quum in intimum maris Adriatici sinu venissent, permisti Trojanis, omnes uno nomine Veneti appellati sunt. Liv. li. 1. ab Urbe: Calibus deinde variis condit Antenorem cum multitudine Henetum, qui seditione Paphlagonia pulsi, & sedes & ducem, rege Pyxemene ad Trojam amisso, quærebant, venisse in intimum maris Adriatici sinum, Iugancisq; qui inter mare, Alpes que incolabant pulsi, Henetos, Trojanosq; eas tenuisse terras: & in quem primum egressi sunt locum, Troja vocatus: pagosq; inde Trojano nomen estgens universa Veneti appellati.

Hentochi, ἠεντοχί, Populi Pontici, Achæis finitimi, latrociniis ac piratica visitantes. Originem ac nomen traxisse putantur ab Amphio & Telchio Calloris & Pollucis autigis, teste Plin. lib. 6. cap. 5. Nam ἠεντοχί Græci autigas vocant: quasi ἠεντοχί ἔργον. Vide plura de his apud Strabonem, lib. 11.

Hephæstias, adis. [ἠεφαιστής, German. Ein Stein in der Insel Lemnos in dem Strich gegen Vuffgang getogen.] Lemni insula, in Orientali tractu sita, nonnulli tamen dicitur à matris dicitur à Vulcano, quem Græci ἠεφαιστής appellant, cujus hæc in urbe insigne olim fuit templum, quod ἠεφαιστής etiam vocabant. Iuxta hanc quoque urbem collis ostenditur, Vulcani (ut credi volunt) casu nobilitatus. Ferunt enim Vulcanum à Iunone ob insignem deformita-



deformitatem e celo precipitatum, in collem illum decidit. Cujus fabula occasio inde sumpta est, quod totus hic colli combustio similis videatur, neq. planta ulla in eo gignatur. Ex hoc colle effodiebatur Lemnia terra, Dioscoridia & Galeni scriptis magnopere celebrata. Urbis hujus meminit Ptolemæus Geographiæ suæ libro 3, & Galenus libro 9. Simplici Medicament.

Hephaestion, onis. [*Ἡφαιστίων*. German. *Einer auf dem Hephästion*] Unus ex Alexandri Magni ducibus, nuntius in modum ab eo amatus, quem ille ita cum Cratere conferbat, ut hunc quidam *Ἡφαιστίων* appellaret. Hunc postea apud Babylonem vita sanctum, tanta funeris magnificentia prosequutus est, ut faceret omnes, que toto terrarum orbe edite sunt, pompas superaret. Fectus siquidem in fauæ hoc impensa supra duodecim talentorum millia. Vide *Quæ*, Curtium, & Ptolearchum in vita Alexandri.

Hephestunensis est, Vulcani insulae regioni Adiabene adnunciantur Stephanus.

Hephestus, *Ἡφαιστος*, Proprium vini & nomen Vulcani.

Hepium, *Ἡπειρος*, Urbis Trophylæ (Steph.) ab Eleis acquisita.

Heptacometa, *ἑπτάκομη*, Populi supra Colchidem, Moschorum montium summa incolentes: ita dicti a septem vicis, quos inhabitant. Autor Strabo lib. 12.

Heptagonia, *ἑπτάγωνια*, Nomen loci apud Livium libro 34: *Quæ* a soboris in exercitu erat, trifariam divisum, parte una a Lucæ consilia a Didymo cetera ab eoloco, quem Heptagonia appellant aggregat jubet.

Heptaphonos, tubilantivum, *ἑπτάφωνος*, ponicus est Olympiæ, ea arte confecta, ut eadè vox in ea septies reddatur. Plin. lib. 36. cap. 1. Olympiæ autem arte mirabili modo in porticu, quam oppidum *Heptaphonon* vocant: quoniam septies vox reddatur.

Heptaportus, *ἑπτάπορτος*, Rhæti Troadis fluvii epitheton est, apud Homerum lib. 12. *Ἡπτάπορτος* à natura eius fluvii tractum, quod septies eadem via vado transi possit. Vide Strab. lib. 13.

Heptapylis, *ἑπτάπυλος*, German. *Die Staet Thebo* in *Boastia* mit *seben Thoren*. Thebarum Bœoticarum epitheton, a septem portarum numero dictum: idque ad discrimen Thebarum Aegyptiarum, quæ a numero centum portarum *ἑκατόπορτος* dicebantur.

Hera, *Ἥρα*, Ger. *Die Göttin Juno Pol. Gessp. d. J.* Junonis nomen apud Græcos: unde *Hera*, ipsius festa, & *Heraeum*, *Ἡραῖον*, templum ejus appellatur. Sed in hac significatione, producit penultimam, quæ apud Græcos scribitur per e vocalem longâ. Vnde *Ἡρακλῆς* *Ἡρακλῆς*, apud Homerum aliquoties legitur in fine versus.

Heraclæa, pen. prod. *Ἡρακλῆα*, multa fuerunt hoc nomine urbes inter quas maxime insignis fuit ea, quæ Pontica cognominata fuit, ad Pontum Euxinum sita, juxta Mariandinos: quæ Dionysius philosophus, Zenonis discipulus Heraclæotes a Cic. in Tusc. appellatur est. & Heraclæa item magna Græciæ civitas, in finibus Italiæ, inter Sinu & Acitina, omnes, non procul a Crotona, aliquando Sinu appellata, teste Plin. lib. 3. cap. 11. & fuit præterea aliud ejusdem nominis oppidum, ultra Caspios montes, non procul ab Oxo amne, qui Margianam, Sogdianamq. irrigat, ab Alexandro Magno primum conditum: quod deinceps eversum Antiochus restituit, & Achæida appellavit, ut refert idem Plin. lib. 6. cap. 16. & Est & Heraclæa in Caria, apud eundem lib. 5. cap. 25. & item alia in Sicilia, medio fere spatio sita inter Lilybæi, & Pachinû promontoria: cujus meminit Pomponius Mela lib. 2. in descriptione Siciliæ. & Est & Heraclæa Cretæ, apud Plin. lib. 4. cap. 12. & item alia in Narbonensi Gallia, ad ostium Rhodani, apud eundem Plin. lib. 5. cap. 4. & fuerunt & aliquot alia ejusdem nominis oppida, quæ commemorantur a Stephano.

Heraclæotes, sive Heraclæota, *Ἡρακλῆοται*, Gentile ab Heraclæa urbe deductum nomen. Cic. 2. Tusc. quæst.

Heraclæotica, a, um, *Ἡρακλῆοτικῆ*, denominativum, ut Heraclæotici canen, apud Plin libro 9. cap. 41. Heraclæoticum organum, apud eundem lib. 15. cap. 4. Heraclæoticum ostium Nili, quod alio nomine Naucraticon appellatur, apud eundem libro 5. cap. 10. Heraclæotica nux quæ & avellana. Vide in dictione *AVELLANA*.

Heraclæotica, *Ἡρακλῆοτικῆ*, vicus, *Ἡρακλῆοτικῆ*, in Aegypto.

Heraclæon, onis, *Ἡρακλῆων*, Grammaticus Aegyptius, qui scripsit Commentarios in Homerum, & Lyricos quosdam Poetas: item alia quædam quæ enumerantur a Suida.

Heraclæopolis, *Ἡρακλῆοπολις*, Germ. *Heraclis*. Sitæ in cetera *Nili* *Ἡρακλῆων*. Oppidum est in insula quadam Nili, longa L. M. pass. quod a Plin lib. 5. cap. 9. Herculis oppidum appellatur. Hinc Heraclæopolitis præfectura, apud eundem Plin. loco jam citato. & Stephanus duo alia enumerat ejusdem nominis oppida, quorum alterum juxta Pelusium, al-

terum juxta Canopicum Nilii ostia collocat. Est & alia in Aegypto civitas: ex qua fuit Theophrastus Physicus.

Heraclæopolis, *Ἡρακλῆοπολις*, Nomen trium urbium. Vna est in Aegypto, ex qua fuit Theophrastus Physicus: altera non longe à Pelusio: tertia secundum Nilii ostium quod Canopicum appellatur.

Heraclides, pen. prod. *Ἡρακλῆδης*, Insignis Philosophus: ex Heraclæa Ponti civitate. Platonis & Aristotelis auditor, ut in signi ingenio, sed habitu adeo molli, ut pro Pontico Pampylus diceretur. Autor Laërtius. Reliqui ingenio sui maiorem tantam non paucis, quæ non extant. Hujus meminit Cic. 5. *de Senectute*. & fuit præterea hoc nomine Lycus quidam Sophista non ignobilis, qui quum aliquandiu Smyrne docuisset. Severi imperatoris se Romam contulit: coram quo ex temporibus illius, perturbatus nobilitate auditorem, sermone excidit. Sontaphistarum ad hanc artem industria & labore, natura suavitè juvante contendit. Hec ex Philostrato. & Heraclides aut fuit & Mopso, civitate Ciceriæ. Grammaticus nobilis, ut scribit Laërtius. & alius præterea pistor nobilis Macedo, a quo naves pinxit: cap. 10. & Perico a Paulo Aemilio Athenæi commigravit, eodem tempore quo & Metrodorus Philosophus & pistor. Plin. lib. 33. cap. 11. & fuerunt & alii multi Heraclides ingenio & doctrina insignes.

Heraclitus, pen. prod. *Ἡρακλῆτης*, Germ. *En Mithras* & *Ephe* *der ab alten Mithrasisten* *haben* *weiset*. Nomen proprium Philosophi Epheci, qui, ut tradit Suidas, nihil in omni habuisse præceptorem, tantum natura & diligencia in se ipso. Quidam tamen audisse Xenocratem & Hippolytum Perigonum voluit: floruit temporibus ultimi Dani. Sedit præterea multa, quæ ab Aristotele sæpè pro testimonio adducuntur. De hoc sic scribit Cic. lib. 4. Tusculan. quæst. Ex ætate illius, quum philosophum de principe Ephesiorum Hermodorus expellerent Hermodorum, ita locum sunt: Nemo solutus excelsit: si quis extiterit, alio in loco, & apud heros. Hæc ille. Hunc ajunt, cum hydropticus esset, sicut, oblitum habulo sevo soli sic candum se præbuisse testimonio, a canibus dilaceratum esse. Suidas. Sic quædam egrediebatur, sedan, sicut Democritus dicitur: sed dicit omnia quæ agimus, digna fieri debent, neque videt, Herum meminit Cic. lib. 4. Acad. Cognominatus heros quasi tenebricosus. De industria enim adeo oblitus holum, ut esur voluminis philosophi sudantes viri holum. Hujus diditionis penultima syllaba prope tam corripit, nisi servatur per a diphthongum. Lucet libro 1. Heraclitus quorum dux agmina primus, & fuerunt alii quædam diphthongum. Lyricus secundus, Halicarnassensis elegantiæ: tertius, Leobius, qui Macedonum imperatoriam quartus vir didiculus.

Heraclius, *Ἡρακλῆς*, Imperatoris proprium, Phocæ regionis, sub cujus imperio Saraceni, Mahometi duce, exærolite ceperunt.

Heraclæa, *Ἡρακλῆα*, Arcadiæ oppidum, apud Plin. libro 5. capite 6.

Heraclæum, vel Heraclæum murus, *Ἡρακλῆων τείχος*, quædam oppidum, apud Stephanum Heraclæum item Græci vocantur: quoniam suoni quam *Ἡρακλῆων* appellant.

Herbanum, Tuscæ oppidum apud Plin. lib. 3. cap. 1.

Herbitopolis, Urbis Franconiz Episcopalis. Vulgo *Werra*.

Herbita, *Ἡρβίτα*, Siciliæ urbs est: a qua Herbitæ populi quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 1. hodie *S. Nona* vocant.

Hercules, pen. prod. *Ἡρακλῆς*, dictus est Iuppiter, quum etiam netalem vocabant, quod dicitur conceptum domus cuius colebatur. Græci enim *Ἡρακλῆς* septem, & austruigi nominis, Ovid. in lib. Cui Nil Hercet profanæ Iovis.

Herculanum, *Ἡρακλῆων*, fuit Campaniæ oppidum juxta Pompeios, apud Plin. lib. 3. cap. 1.

Herculeus, *Ἡρακλῆς*, v. Romanus, qui Mariæ partem fovit cum Senecio.

Hercules, *Ἡρακλῆς*, German. *Ein Sohn Iovis* *und* *Almon* *der das* *Herakles* *und* *der von* *wegen* *seiner* *Wand* *er hat* *in* *der* *Welt* *die* *großten* *thaten* *gemacht*. Iovis & Alcmenæ filius, qui ob immensam & gloriam creditus est inter deos relatus. Cic. 3. de Nat. deor. sex hoc nomine fuisse appellatos commemorat: quo si permissus fuit qui certavit cum Apolline de tripode. Alter, Nilius, Aegyptius, quæ ajunt Phrygiæ licet ar. conf. in lib. Tertius, ex Idæis Dactylis, cui inferias essent. Quartus, Iovis filius et Astena Latona fore, qui Tyri colitur filiumq. habuit Cathaginum. Quintus, in India, qui & Belus dicitur Sextus, Thebanus, ex Alcmena & Iove tertio genitus, cui ab heros proclarè gestas assignat Herodotus scribit, Herculeum enim esse ex duodecim dñs Aegyptiorum, Græcoq. ab Aegypto hoc nomen mutatos, in didicisse filio Amphitryonis. Vnde & illi Hercules.

Hermæ, x. Ἡρακλῆς, Promontoriū Africæ proprie dicta, apud Ptolemæum lib. 4. cap. 3.

Hermagoras, Ἡρμαγόρας, Carion cognominatus, Rhetor egregius ex Temno Acolidis civitate: Scripsit artem rhetoricā libris sex, de Cultu oratoris: de Decoro: de Elocutione: de Figuris. Docuit Romæ Augusti temporibus, decessitq; senex. Fuit item Hermagoras alter Amphipolitanus philolophus, discipulus Persei, qui plures scripsit dialogos. Autor Suidas. Hermagoras philolophus & orator apud Ciceronem de Claris Oratoribus.

Hermunduri, sive Hermunduri, Germaniæ populi Chersicis finitimi, eo in tractu quem hodie Misiam vocant. Meminit horum Plin. lib. 4. cap. 14.

